

geschaffet werden sollen. Idem repetitum lege in ordinat.
Polit. Imperii de Anno 1577. tit. 35. S. und damit solchen 2.
allen 6.

II.

Sciendum autem est, quod heic sub nomine der Fürsten 3.
etiam intelligi debeant Comites ac Barones Imperii, neque
enim hi deterioris conditionis esse debent, quam Civitates
Imperiales. Nam & illi sua habent Consistoria, suosque 4.
Confiliarios, quibus Inspectio & cura Typographiarum tu-
to committi potest.

III

Quæritur autem: An *Magistratus inferior Typogra-* 5.
phum recipere possit? Videtur id negandum esse propter di-
ctas Constitutiones Imperiales. Adfirmat autem octo ra-
tionibus in contrarium allatis, David Mævius *part. 3.*
decis. Summi Tribunatis Wismar, decis. 69. per tot. ubi ad tex-
tus obstantes respondet, non esse in iis constitutum ut in his
locis permittis ex solâ eaque speciali veniâ, aut privilegio
Principum instituantur, ideoque quod antea ubique conces-
sum, ademptum non intelligi, nisi prout in literâ continetur.
Præterea nullibi in Germaniâ reperiri jus Typographiæ ad-
mittendæ inter Regalia seu Ducalia jura relictum, & ab ista
permittenda planè exclusas esse inferiores civitates, aut ad
privilegium petendum adstrictas esse. Quidquid autem sit, 6.
longe tutius ac Reip. utilius esse videtur, Magistratibus ci-
vitatum Provincialium libertatem recipiendi Typographos
non competere, sed licentiam à Principe eos petere, qui
prius inquirere debet, ex quâ causâ Typographica officina
in hoc vel illo loco instituat, & quomodo necessitas
Censuræ & inspectionis observari possit. Multitudo sanè Ty- 7.
pographiarum Reip. plus nocet, quam prodest. Secundum
hæc officinæ Typographicæ in oppidulis aliisque locis ob-
icu-